



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetijs, 1609**

Verb. Lignamina.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

Pontifici reseruatis.

ciuntur. Hinc Virg de Palinuro libro 6. Aeneid, inquit; Aere ciere viros, Martisque accendere can-  
tu. Hec interpretatio, et si taceri potest, ego tamen his maiora in-  
telligo, scilicet ea omnia, quæ ad expugnandas Urbes, Naves, exer-  
citusque superandos pertinent,  
cuiusmodi sunt turres lignæ, sca-  
le ad concendentia muros, i-  
gnes arte facti, qui dicuntur tuo-  
chi artificiali, manus fereæ, quib.  
naues comprehenduntur, ne au-  
fugiant, quas meminit Iulius Cæ-  
sar in suis commentariis, & id ge-  
neris.

Verb. Lignamina.

S V M M A.

1. **Lignamina** deferri ad christiani nominis hostes nequeunt, & quæ sint hæc lignamina.
2. **Naves**, **triremes**, & **bunifmodi** ad christiani nominis hostes deferri ne-  
queunt.
3. **Ligna** dignem faciendum an deferri ad hostes possint,

**H**ic t̄ ad eosdem lignamina deferri prohibentur, ut in cit. versicu. habetur. Nomen hoc autem barbarum est, vicitatum tamen, & idem significat, quod latine Lignum. Ligna igitur ad hostes christiani nominis deferri nequeunt, & quoniam ea prohibentur deferri, quibus christia-

Pars Secunda.

199

ni oppugnantur, ob eam rem non quævis ligna, sed ea solum, quæ ad bellum apta sunt, prohiben-  
tur.

Hæc autem sunt ligna, ex quibus hastæ, clipei, arcus, sagittæq;  
sunt.

Item ea, ex quibus rotæ sunt  
ad vehendas bōbardas, & ex qui-  
bus naues edificantur, & remi,  
malus, antennæ, & turres lignæ.  
Hec igitur & id generis lignorum  
nomine comprehenduntur, qua-  
tenus ad rem nostram pertinet.

Quare Angel. in verb. Excommuni-  
catio. 5. §. 1. per hoc verbum Li-  
gnamina, inquit comprehendi quæ  
cunque ligna, per quæ naues, ga-  
lez, aut aliqua machina bellicæ  
possint fieri ad impugnados chri-  
stianos, vel defendendum seab-  
eis, non autem alia, quæ solum ad  
igoem faciendum, vel ad aliquam  
aliam similem actionem a bellicis  
remotam essent apta, & sequitur  
etiam Nanarr. in cit. cap. ita quo-  
rundam. not. 7. num. 12. versicul.  
Aliterum, & numer. 13. versic. Ip-  
so iure, & num. 16. Concludo igi-  
tur, & in Man. capit. 27. numero  
163. versic. Sexta, ibi per lignami-  
na videtur intelligi, idem inquisit  
Syl. in verb. Excommunicatio. 7.  
num. 5. 9. versic. Et tertio, quod no-  
mine lignatinum, & Tabien. in  
verb. Excommunicatio. 6. versic.  
Tertio, & Tolet. in Bulla cena Do-  
mini, Excommunicatio. 5. nu. 9.  
idem sensit Glo. in verb. Lignami-  
na. in cit. extravag. copiosus. de in-

N 4 dæ.



dæ. & Rebuss. in Prax. benefic. in expositione Bullæ Cœna Domini. artic. 5. in verb. Lignamina, vbi ait omnia ligna intelligi, quibus fieri possunt naues, galeæ, & Machinae offensiæ, & defensiæ.

**2.** Secundo nomine hoc comprehendetur etiam naues, triremes, & huiusmodi, necnon turres lignæ, tum quod ligna ob id prohibita sunt, ne inde naues fiant, & propter ea quod unumquodque est tale, & illud magis tale. argum. auth. multo magis. C. de sacrosan. Eccl. tum quod statuto prohibente, ne frumentum extrahatur, nec farina extrahi potest, vt dixit Barto. in l. quæ solum. S. illud. ff. de le. 3. quem communiter receptum testatur Viu. in sua Syl. opin. 765. & opin. 766. immo nec panis extrahi potest, vt dixit idem Viu. in e. opin. 766. numer. 5. versicul. Ceterum vt redeat, nec igitur instrumenta bellica, & quæ ad bellum suis esse possunt ex lignis fabricata, vt naues, ad hostes christiani nominis deferri nequeunt, atque sic dixit Nauarr. in cit. capitul. ita quorundam. not. 7. numer. 20. versicu. Tertio infertur, & in Man. ca. 27. numer. 63. versicul. Sexta, ibi. Per lignamina, & Vivald. ibidem numero 59. Quare nec naues ad bellandum aptæ vulgo Galeæ dicæ, nec onerariæ, quæ ad comeatus ferendos sunt accommodata, quod sensit Nauarr. eod. num. 27. versicu. Quarto infertur, nec na-

ves speculatoriæ, quæ ad speculandum mittuntur, nec nauiculae, & scalmi, quibus ad terram descenditur, ob eandem rationem ad eosdem deferri queunt. Ligna igitur hæc deferri prohibentur.

**3.** Excipiuntur tamen ea, t quæ ad ignem faciendum necessaria sunt, nam hæc deferentes in excommunicationem hanc non incident, vt inquit Ang. & Syl. & Reb. ff. in cit. locis, & Nauar. in Man. capitul. 27. numero 63. versicul. Sexta, ibi, Per lignamina. Quod tamen locum habere censeo, vbi detrimentum grave christianis inde non nasceretur. Quare si ligna huiusmodi ad hostes deferantur, quibus ab ipsis aut Vrbs aliqua christianorum incendiatur, aut vallum contra christianos construatur, aut etiam dum, vel christianos oppugnant, vel a christianis oppugnantur, panes coquuntur, ne fame pereat, qui scientes hæc deterunt, scire probabiliter debentes, in excommunicationem hanc incidunt, etenim in his casibus & Bullæ verba hisce conueniunt, quia ligna deferunt, & ratio est, quia illos oppugnantur christiani, praeterea sunt arma intentione, ex quo his christiani oppugnantur, quæ prohibita sunt deferri, vt diximus.

Verbi.

